Daniel ambros — pecca tua elemosinis redime Danielis 4° ca° ¶ Item beatus ambrosius
dicit si fides desit pena satisfacit ¶ Sed ubi deest fides ibi etiam
deest caritas. Unde videtur quod per penalia opera possit fieri satisfactio sine
pau — caritate ¶ Sed in contrarium est quod dicit apostolus prima ad Chorinthios 13° ca° — edicto
Si distribuero in cibos pauperum facultates meas caritatem autem non habe-
am nichil mihi prodest. Unde videtur quod sine caritate non possit fieri satisfactio
per elemosinam et igitur pari ratione nec per ieiunium aut per orationem ¶
¶ Solutio quia satisfactio est amoris offense et constitucio amicicie fieri — g°
non potest sine caritate. Et ideo opera extra caritatem adimpleta non sunt
satisfactoria. Credo tamen quod ea que in satisfactionem sunt de directo
penalia sicut flagellationes vel peregrinationes et cetera quamvis si sint extra
caritatem facta non oporteat in caritate iterari ¶ Ad obiec- — supplendum
tionem primam dico quod quamvis non habeat caritatem sufficit tamen
tamen probabilis coniectura ¶ Ad 2am de Nabuchodonosor
dico quod loquitur ibi de exceptione a pena corporali imminente non de
pena eterna vel potest intelligi presupposita contricione ¶ Ad illud ambro-
sii dico quod per fidem secundum doctores ambrosius intelligit graciam ita
quod sit sensus Ubi fides desit pena satisfacit id est si homo est
obligatus de aliquo peccato ita quod non habet de peccato graciam tunc pena
penalis satisfactio cum contricione et confessione in eo sufficit ad
salutem quia non obliviscetur deus misereri. Ut inducit ambrosius
ibidem
¶ Ad quartam questionem an aliquis pro alio possit satisfacere videtur quod non
per illud apostoli 2a ad Chorinthios 4°: Oportet nos omnes manifestari
pau — ante tribunal Christi ut referat unusquisque propria corporis prout gessit. Similiter
tamen non sicut sumpta in hac questione. Unde videtur quod unus pro alio non possit satisfacere
¶ Item venit satisfacere est pars penitentie ita contritio et confiteri. Sed unus non
potest pro alio confiteri nec conteri igitur nec satisfacere ¶ Sed in contrario
in contrarium est quod dicit magister in 4° dist. 20 ca° 4° ex summa ecclesie
— xx° — Cancellarius Ubi agens penitentiam in fine vite sue ante completam
satisfactionem amicorum oracionibus et elemosinis seu elemosinarum lar-
gicionibus pondus penitentie eius sublevandum est Sancta enim et salubris
est cogitatio pro defunctis exorare 2a Machabeorum duodecimo. Unde — ca° 2° lib°
videtur quod unus pro alio satisfacere possit ¶ Solutio duplex est effectus — effectus
satisfactionis unus est expiatio macularum peccatorum ut dicit Augustinus in
— expiatio — libro de penitentia et quo ad hunc effectum non potest unus satisfacere pro
alio quia per ieiunium unius non maceratur nec domatur caro alterius
Secundus effectus satisfactionis est solucio debiti peccatorum commissorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_330/0294

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG